

qui fuerit ; hoc quod fecit, res ipsa indicat.
virgo ipsa lacrumat neque, quom rogites, quid sit audet
dicere.

660 ille autem bonu' vir nusquam apparet. etiam hoc misera
suspikor,

aliquid domo abeuntem abstulisse. *PH.* nequeo mirari satis
quō ille abire ignavo' possit longius, nisi si domum 20
forte ad nos rediit. *PY.* vise amabo num sit. *PH.* iam
faxo scies. —

DO. perii, obsecro ! tam infandum facinu', mea tu, ne
audivi quidem.

665 *PY.* at pol ego amatores audieram mulierum esse eos
maxumos,

sed nil potesse ; verum miserae non in mentem venerat ;
nām illum aliquo conclusissem neque illi commisissem vir- 25
ginem.

PHAEDRIA DORVS PYTHIAS DORIAS iv

PH. Exi foras, sceleste. at etiam restitas,
fugitive? prodi, male conciliate. *DO(RVS).* obsecro.

PH. oh

670 illud vide, os ut sibi distorsit carnufex !

quid hūc tibi reditiost? quid vestis mutatio?

quid narras? paullum si cessassem, Pythias,

domi non offendissem, ita iām ōrnat fugam. 5

PY. habēn hominem, amabo? *PH.* quidni habeam? *PY.*
o factum bene.